

Handwritten text, possibly a signature or date, including the number 15.

Mi Heru quando
venies, cor meum
quando capies

Et sic liber est factus
per mareshann
Szolngj
Anno 1645

Novi Doctores
antiquorum
in verbis
Modificaveres.
Et sic libellus scriptus
quem Huerus legit
1810

Szabo II, 1232

Eulæiæ vāsjärkelyicusij.

REFUTATIO
LOGODÆDA-
LORUM,


JOANNIS FABRITII,
SAMUELIS POMARII,
ET
ISAACI ZABANII:

Qui omnes Lutherani Pro-
fessores, dum oppugnant scripto The-
ses quasdam Compen-
diales

REVERENDI DOMINI
JOANNIS DEBRŌDI;
Offendunt pede in ipso limine: quod illis
breviter declarat idem JOANNES
DEBRŌDI, pro Paschali
Rubro Ovo

ANNI M. DC. LXX.





S. August. lib. de Bapt. cont.
Donatist. c. 19.


Hæretici, Sacramenta & Scripturas tenent
ad speciem, & non ad salutem. Ad ima-
gines enim phantasmatum suorum, con-
vertunt omnia Sacramenta, & verba
Librorum sanctorum.

Idem tom. 2. Epist. 222.
ad Consentium.

Omnes Hæretici, qui Scripturas in autho-
ritate recipiunt, ipsas sibi videntur se-
ctari; cum suos potius sectentur errores,
ac per hoc, non quod eas contemnant, sed
quod eas non intelligant, hæretici sunt.


S. Hier. in c. 9. Isaiaæ.

Omnis Hæreticus hypocrita est, aliud agens,
aliud simulans; & quidquid loquitur,
licet videatur esse sapientia, stultitia est.





Præambula quæ- dam.

bsente Reveren-
do Patre Profes-
sore meo MAT-
THIA SAMBAR, S. J. at-
tulerunt mihi Dissertatio-
nem quandam, Theologi-
camne dicam, vel Sophisti-
cam? quâ Compendialium
Thesium mearum verita-
tem, vano labore impugnat
Fabritius; eam ego, falla-
ciarum

ciarum quibus scatet, riden-
darum gratiâ dum legerem;
nescio quæ chymærae ani-
mum meum subiverunt:
quid enim magis chymæri-
cum ac impossibile, quàm
M. Fabritium, Lutheranum
esse, & tamen Catholicum?
Hoc certè titulo dum se insi-
gnivit Fabritius, & ante il-
lum Zabanius, Pomarius-
que; Cauponæ suæ Libra-
riæ solennem præfixit Hirco-
cervum, qui non minùs est
impossibilis, quàm nuper
ortæ, paucisque Nationibus
ac Re-

ac Regnis usurpatæ Luthe-
ranæ Sectæ particellas, dici
toto Orbe, per omnes Gētes,
à primis usque Sæculis diffu-
sas; quod sonat ly Catholi-
cum: talesque dici Luthero-
Calvinicos, tam ridendum
est, quàm fuit ridiculum,
facto inde risu omnibus,
dum Fabritius in publica
Thesium mearum Disputa-
tione, excussum sibi conceptum put-
cherrimum conquereretur: &
jam cum ipsum de se risum
renovat Fabritius, contra e-
asdem Theses scribendo Li-
brum:

brum: quasi ostendens, nunc inter
privatos parietes, plus se
vidisse in tenebris; quàm tunc
in luce. Sed simul ostendit
Fabritius, si tacuisset, se
Theologum & Professore
permansurum fuisse; nunc
autem se Sophistam apertis-
simè declarasse.

Quod verò Pomarius &
Zabanius, Theses meas Cō-
pendiales ore tenens relique-
rint intactas, easdemq; Scri-
pto infestârint libentiùs; quâ
id de causa factum sit, sciret
dicere M. Fabritius, qui bis
qui-

quidem attētans cum ingenti fervore eas ore tenens oppugnare; an non cum rubore destiterit, ipse scit: primò enim cum oppugnaret in Collegio; se conturbatum animo, fassus est coram frequentissimo ac Eruditissimo auditorio, ut paulò ante insinuavi: deinde in Casoviensi Monasterio, has easdem Theses manu portans, atque ad easdē oppugnandas deflectens, cum non posset pergere rationibus; cæpit agere histrionicis actionibus, pectus uf-

que ad indusium denudando,
ac dicendo, se id in corde sen-
tire, quod non potuit pro-
bare: quâ quidem Fabritia-
nâ methodo, facilè sua pro-
barent & Turcæ, & Arriani:
atque sic destitit oretenùs op-
pugnare Fabritius, judicans
faciliùs esse, Scriptis agere;
ubi nimirum, quando in Ma-
jori vel Minori Propositione
ulteriùs probâda non potest
pergere; ita ad aliud: sed si
oretenùs ageret, non permit-
teretur ire ad aliud, prius-
quàm fateretur, se in primo
deficere.

Duo autē sunt præcipua,
ob quæ si posset, erubesceret
charta: 1. si quid tale cona-
tur quis oppugnare, quod
nec intelligit: istud conati
sunt aliquoties Scriptis, & Po-
marius, & Zabani^o, & Fabri-
tius; prout ostendam pau-
lo post. 2. Si quis in contra-
rium afferat argumēta quæ-
dam & figmenta jam millies
soluta; uti faciunt tres præ-
dicti Professores; sanè debe-
ret erubescere: sed charta
non erubescit; hinc est, quod
hi malūt chartis respondere.

Quan-

Quamquam vel ipsæ chartæ propè erubescunt ad insigniora quædam hæreticorum mendacia; uti ad Prædicantis Calvinistici Stephani Czeglédi; qui nullâ habitâ reverentiâ canitiei suæ, ausus est tam palmarem, ut modestiori verbo utar, falsitatem imprimere in suo Redivivo Japhetke, fol. 244. scilicet, datam esse Patribus Iesuitis Bullariter à Pio, ut scribit, Pontifice, facultatem meretricandi; sed non scribit, à quonam Pio? ut hæc Czeglediana impietas, tanto
faci-

faciliùs tegeretur: minatur-
que fol. 234. hanc Patrum (ut
calumniatur) vitam meretricari-
am, se toti Mundo manifestaturum: quod
quàm diu ritè non fecerit
Czeglédus; tam diu erit
inhonestus vir, nec ullâ fide
dignus.

Et hæc si oretenùs objice-
ret; forsan magis erubescer-
et: prout & Lutherani Pro-
fessores; si viderent se defi-
cere, oretenùs disputando.
Idque si velint, veniant, &
me semper paratum inveni-
ent pro iisdem Thesisibus ore-

tenus propugnandis: si, pro-
ut scribit Zabanius, deside-
rant serio Catholicorum
nosse veritatem.

Sed nimirum, ubi maxi-
mè dolet ægrotis, ibi maxi-
mè sentiunt. Sic & Zabani-
us, sentit graviter, sibi obji-
ci, quod Theses nostras non intelligat:
sed sincerè dico, quia etiam-
num non intelligit; idque
omnibus ratione præditis,
sic demonstro: Fusissimè re-
calcitrat in eo Zabanius,
quod Fides dicatur obscura, ratione Mo-
tivi Formalis: in quo nos volens
refu-

refutare Zabanius, uno qua-
si ictu omnes suos loquacif-
simi erroris (ut ait Divus
Augustinus) ramos amputa-
vit; de quibus falsissimè &
inanissimè conqueritur, quasi
eos R. P. Professor meus nec attigisset;
cum omnia attigerit generi-
cè; & quòd si specificè ve-
stras omnes minutias refu-
tando publicaret R. P. Pro-
fessor meus; verè Domine
Pomari & Zabani, magis
Vobis caput fricaretis: sed
nauseat R. Pater, iterare
ceparias quasdam particu-
larita-

laritates, ne dicam ineptias; uti res nostras vocat Zabanius; se se insignissimè quoad saliceos suos ramusculos conficiens, & refutans; ostendendo, Theologica Fidei fundamenta se non intelligere; adeo que quicquid ignorantis fundamentis superstruit Zabanius; suæ propriæ ignorantia vento destruit: dicit enim ex Bellarmino, quod maxima pars Fidelium, ignoret mysteria Trinitatis & Incarnationis; utiq; non quoad existentiam, sed quoad es-

sen-

sentiã: ergo, inquit Zabanius,
Fides dicitur obscura respectu mysteriorũ.

O verè mi Zabani, frustra
diceris Magister in Israel. Ut
ergo docearis, responde:
quæriturne obscuritas Fidei
in genere? vel in particulari,
alicujus actûs Fidei particu-
laris? respondebis utique,
quod Fidei in genere: ergo
omnia omninò erunt obscu-
ra, quæcunq̃ creduntur
in particulari: siquidem re-
spectu eorum, quæ credun-
tur; seu respectu objectorũ,
qualia sint, non an sint, di-
cit Za-

cit Zabanius, Fidem esse ob-
scuram: ergo mi Zabani,
obscurum est tibi, quomodo
Thobiae canis caudam mo-
verit; vel quomodo Petrus
& Andreas retia lacera refe-
cerint; vel quomodo in sta-
gnum Genezareth porci infi-
lierint, &c. hæc enim o-
mnia Fide divina creduntur:
atque ita, si ratione eorum
quæ creduntur, tanquam ra-
tione objectorum, Fides di-
citur obscura; hæc omnia e-
runt obscura Zabanio.

Sed apud eruditos Theo-
logos

logos, imò & apud Philo-
sophos, Fides dicitur obscura,
eò quòd ejus rei, cui assenti-
tur, rationem habeat merè
extrinsecam: quâ ipsâ in re,
ulteriùs suam ignorantiam
detegens Zabanius, ait, quòd
R. P. Professor meus, & scit & nescit Re-
velationem, cui innititur Fides. **Vi-**
des Zabani, quod tu nescias,
quid Revelatio operetur:
quæ non ideò facit obscuri-
tatem, quasi ipsa ignorare-
tur; sed quia est motivum
extrinsecum rei, cui assenti-
or. Hæc Principia ignorans
Zaba.

Zabanius, vano labore consumitur: essetque imprudentia, singulas ejus cariosas minutias discutere prius, quam hæc Principia benè intelligat, unà cum Domino Pomario, qui etiamnum non percipit ea, quæ dixi unà cum R. P. Professore, Compendiali meâ Thesi III. num. 4. quod, de Verbo DEI cognito, impium sit dubitare: si hoc intellexisti Domine Pomari; profectò impiè calumniaris § tuo 4. quod Jesuitæ, Verbum DEI scriptum blasphemant. et quod si hoc oretenùs in faciem diceres, videres an Jesuitæ

suitæ non facerent te erubescere: sed charta non erubescit.

Erubesceres etiam Pomari, si tibi legeretur in faciem, id quod ultra habeo in eadem Thesi III. quòd sicut de Verbo DEI cognito, impium est dubitare; ita prorsus irrationabile est, habere aliquid pro divinitùs revelato, & nescire pro certo, an verè sit divinitùs revelatum. Ideoque Luthero-Calvinici Scripturam inordinatè zelantes, tollunt omnem Divinam

vinam Revelationem, &
consequenter etiam Scriptu-
ram Sacram, & omnem Di-
vinam Fidem.

Adeoq̄ue potiùs Luthe-
ro-Calvinicorum est summa
quo ad hoc blasphemia; non
autem, si quis cum R. P. Pro-
fessore in prima Refutatione
Pomarii, sic interroget; Un-
de ergo scies, huic Scriptu-
ræ, v. g. Epistolæ S. Petri
inesse Divinã authoritatem;
& non Epistolæ S. Jacobi?
Ad hæc S. Augustin⁹ disertè,
nec pro tempore quo fuit
Ma-

Manichæus, sed in præsentibus
respondet, Tō. 6. cont. Epist.
Fund. c. 5. dicens: Ego Evangelio
non crederem, nisi me Catholicæ Ecclesiæ
commoveret autoritas.

Idem & nos dicimus: &
ob hoc ait de nobis Pomari-
us, quod Ecclesiæ autori-
tatem, tanquam Scripturâ
ipsâ superiorem, magistra-
liter opponamus. Cui ca-
lumniæ respōdens R. P. Pro-
fessor, dixit: hanc Poma-
rii contra nos calumniosè la-
tam sententiam, tam falsam
esse, quàm si diceres, crea-
turam esse superiorem Crea-
tore :

tore. Ideoque Pomarius vel
estignarus, vel blasphemus;
dum scribit, à nobis Verbum DEI
Scriptū, imperfectionis & fallibilitatis arguit
cū tamen tam perfectum
credamus, quoad infallibi-
litate; quàm ipsum Crea-
torem. Sed Scripturam ut
sic, ignorat Pomarius.

Hinc conjiciat prudens
Lector, quid credendum
Pomario, Zabanoque in ca-
lumniosis eorum scriptitati-
unculis; dum adeò halluci-
nantur in Primis Principiis:
ideoque duorum prænomi-
nato-

natorum scriptas contra R.
P. Professoremeum futi-
litate prætereo, nisi in quan-
tum occurrerint occasione
Scriptorum M. Fabritii; cui
tanquam viciniore, paulò u-
berius respondeo; plus ta-
men intentus rerum substan-
tiæ, quàm accessoriæ futi-
litati. Et hinc omnia Ad-
versariorum contra Roma-
no-Catholicos objectamen-
ta, quivis peritus facile
refutaverit.





Animadversio I.

Somniat Fabritius, Theses compendiales, se ipsas evertere.

UT obfuscet veritatem M. Fabritius, Theses Compendiales se ipsas evertere, turpi sophismate sic cominiscitur: Theses Compendiales Scripturam Sacram per se, hoc est, citra testimonium, determinationem & interpretationem Ecclesiae spectatam, statuunt esse incertissimam. Ergo Theses Compendiales, suum fundamentum statuunt esse incertissimum.

Respondeo I. Fabritium

um falsissimo additamento
seipsum magis, quàm The-
ses meas corrumpere: non
enim dixi, *Scripturam Sacram*; sed
solùm, *Scripturam*; ad distin-
gvendã *Scripturam Sacram*,
ut cognitam: in quo pluri-
mùm hallucinantur, Poma-
rius Zabaniusque cum Fa-
britio.

Respondeo II. Argu-
mentum Fabritii crassissimã
labõre fallaciã, quæ est à di-
cto *secundùm quid*, ad dictum
simpliciter. Ex eo enim, quòd
Theses Compēdiales dicant,

B

scri

Scripturam per se, esse incertissimam: infert, Theses Compendiales statuere, Scripturam esse absolute, simpliciter, illimitate, & non restrictè incertissimam: ac si Sophistarum quis diceret; Æthyops est albus secundum dentes; ergo Æthyops est albus: Fabritius idem sentit contra Romano-Catholicos cum Calvinicis, in doctrina de Purgatorio & invocatione Sanctorum; ergo Fabritius idem sentit cum Calvinicis in doctrina: Fabriti-

britius non est natus Casso-
via; ergo non est natus: ne-
scit loqui Gallicè; ergo ne-
scit loqui. Sic etiam juxta
Fabritium: Theses Com-
pendiales statuunt Scriptu-
ram per se, esse incertissi-
mam; ergo suum fundamen-
tum (Scripturam) statuunt
esse incertissimum.

Deinde Sophisma hoc,
ex falso Supposito procedit:
Nam Thesium Compendia-
lium fundamentum, seu
Motivum formale principale, est Verbum
DEI scriptum vel traditum. 3. Scri-

ptura per se, non est Funda-
mentum, ut paulò ante insi-
nuavi; sed Scriptura Sacra,
pro tali cognita: qualiter
non est incertissima; sed o-
mninò certa apud nos: cujus
certitudo fidei, innititur
Verbo DEI; certitudo au-
tem moralis, testificationi
veræ Ecclesiæ, quæ est colu-
mna & firmamentum veritatis: 1. Tim. 3.
15. adversùs quam portæ Inferi non præva-
lebunt: Matt. 16. 18. adeoquæ in te-
stificando nec falli, nec fal-
lere potest.

At inquis: si Scriptura
per se, non est fundamentum

Theſium Compendialium;

incertiſſimum per incertiſſimum probari.

Sed hæc potiùs confequen-
tia, eſt incertiſſimorum in-
certiſſima: quòd enim Te-
ſtimonium Eccleſiæ Roma-
no-Catholicæ de certo Scri-
pturæ ſenſu, Fabritio irra-
tionabiliter incertum ſit &
dubium; ad rem nihil facit:
vel certè, etiam ipſe, incer-
tiſſimum per incertiſſimum
probabit; cùm omne Luthe-
ranorum teſtimonium, pro-
batio, interpretatio, confe-
quentia, conformitas ad Scri-

pturam, regulæ hermeneu-
ticae, &c. quibus realem in
Cæna v. g. cum pane simul,
Corporis Christi præsentiam
adstruunt; Calvinicis sint
incerta, dubia, &, ut Calvi-
nistæ judicant, manifestè
falsa. Quantum ergo ex
hoc, suæ interpretationi,
consequentia, testimonio,
probationi præjudicari pu-
tat Fabritius; tantundem Ro-
mano-Catholicæ testificatio-
ni derogari sciat per suum
dubium irrationabile: vel si
rationabile est; probasset id-
ipsum:

ipsum: nam assertio absque
ratione, est aëris verberatio:
&, ut suis met verbis jugule-
tur Fabritius, à dici ad esse, non
valet Consequentia; quando nimi-
rum est nudum dici, absque ulla
ratione; quale communiter
est, Fabritianum dici.

Animadversio II.

Ignorat Fabritius, negari sibi Supposi-
tum; seque ipsum irridet.

E Nervato primarii Achil-
lis Fabritiani robore, se-
quitur, omnia quæ super
fluxam vitiosi sui argumenti

B 4 arenam

arenam ædificavit, uno vul-
nere concidere, eumque
hallucinari, dum Pontifices Roma-
nos, fallibiles Scripturæ interpretes affir-
mavit, non probavit: quin suam
potius ignorantiam probat
Fabritius, dum objectiones
iterat, jam olim tum à Bel-
larmino, tum ab aliis millies
solutas: & vano se consumit
labore, objiciens textus quos-
dam Scripturæ Sacræ, quæ
non habet: neque, si pectus
millies denudaverit, se ha-
bere probabit; quàm diu
citra Veritatis Columnam,
inniti-

innititur arundineis suis opi-
nionibus

Non videtur intellexisse
Fabritius, quod habeo The-
si meâ II. ex S. Augustino, di-
cente: quomodo ille, cui non credo,
profert mihi Scripturas, quibus de illo cre-
dam; & eis ipse conatur dare authoritatem,
eum ego ipsi non credam? Quàm diu
hoc non solveritis Domini
tres Professores Lutherani;
tam diu vel verbulum Scri-
pturæ, à vobis contra nos
prolatum, vos arguet igno-
rantia. Et quia his in faci-
em oretenùs obtrufis, eru-
buissent Professores; ideò

maluerunt agere Scripto:
qui autem oretenùs oppu-
gnârunt, uti Fabritius, &
Professores Calvinistici; nec
verbulum ausi sunt ex Scri-
ptura Thesibus nostris op-
ponere; licet tribus circiter
horis in Publico Auditorio
oppugnârint.

Et tamen risu dignos cen-
set Fabritius, qui negant,
Lutheranos habere Scriptu-
ram Sacram: ipse magis ir-
ridendus; Professor existens, & igno-
rans fallaciam petitionis principii: pro-
bat enim, Scripturam se ha-
bere

bere, per Biblicos Codices;
per præceptum legendi Scri-
pturam; Deutr. 17. 19. per testi-
monium Pauli. 2. Tim. 3. 15. At,
hoc ipsum est in quæstione,
an Biblici Codices, qui in
manibus Lutheranorum
versantur, sint Scriptura Sa-
cra? an Liber hic Deuterono-
mii, & hæ Epistolæ Pauli, sine
genuinæ? & Fabritius ex his ipsis
probat, quòd sint genuinæ:
scilicet idem per idem, igno-
tum per ignotum, obscurum
per obscurum: nec enim
idem seipso notius, aut cla-
rius esse potest. Jam

Jam habet, quod rideat
Fabritius; Thesi suâ II. § 6.
& passim alibi, asserens Scri-
pturas esse Sacras motivis ta-
libus nonnullis, quæ vix fi-
dem humanam mereantur:
& præterea asserens esse Sa-
cras; quia, inquit, Epistolis, ex
quibus hæc testimonia citantur, præfixa
sunt nomina Apostolorum. At, quod-
si Epistolis Ciceronis, præfi-
xa forent nomina Apostolo-
rum, (quod fieri potuisse
vel ipsâ Librariorum mali-
tiâ quis neget?) quid tunc
diceret Fabritius? an ideo E-

pisto-

pistolis Ciceronis, Apostolicam authoritatem tribueret? ipsumque Ciceronē, in Collegium Apostolicum transcriberet? hoc agit, argumento suo Fabritius.

Præterea, quæ Evangelia Barnabæ, Thomæ, Philippi, & Matthiæ nomine circumferebantur; nonne præferebant nomina Apostolorum? nequam tamen Apostolica. Vides ergo Domine Fabriti, quàm malè verfas malleum Theologicum. 3. Contradicis Apostolo, suos roganti,

e. Theff. 2. 2. ne moverentur
sermone vel Epistolâ, quæ
sub ejus nomine, falsò præ-
tendebatur. 4. Erroris &
ignorantiæ arguit ingratus
filius Parentem suum Luthe-
rum, qui tametsi Epistolæ
Jacobi, præfixum nomen
Apostoli cerneret; quia ta-
men suum, de sola Fide justi-
ficante commentum, explo-
di vidit ab eadem Epistola;
Apostolicam ei detrahēs au-
thoritatem, Apocryphis an-
numeravit: De Captiv. Ba-
byl. cap. de Extrema Unctio-
ne. Et

ne: & in Resolutione Epistolæ Simonis Lithi: ubi ait; Epistola Jacobi, comparata Epistolis Pauli, verè stramineâ est, quia nullum habet Spiritum Evangelii. Et tamen Calvinistæ sentiunt contrarium de eadem Epistola: ideoque Novatorum Spiritus dictans contradictoria, non est Sanctus; sed spiritus erroris.

I. Joan. 4. 6.

Nec absre, risu cæpit Theologari Fabritius: revera enim facit me ridere suâ Theologizatione; dicens, ex Nostriismet principiis, Scripturam per se considerata,

tam, esse testimonium infal-
libile; cùm nos ipsi conceda-
mus id Ecclesiæ, & Pontifici
ut Capiti: sed, inquit, Petrus
fuit Pontifex; & ille testificatur de suis
Epistolis, quod sint Sacræ: ergo? ve-
rè pugnus ad oculum, mi Fa-
briti: legistine Thesim no-
stram decimam? ibi ex te
quæsiui, utrum disputes ex
tuâ Scripturâ, vel ex nostra?
si ex tuâ; negatur tibi Suppo-
situm: si ex nostra; debes il-
lo sensu, quo data est nobis
ab Ecclesia: quod si nolis hoc
sensu; iterum negatur tibi
Suppo-

Suppositum. Si hæc benè intellexisset Fabritius, argumentum non retorqueret, quasi & nobis negandum sit Suppositum: nos enim non probamus per Biblicos Codices; nos habere Biblicos Codices: uti probat Fabritius; vocans ad se, ut nobis ostendat suos Codices: sed eâdem viâ, quâ nos vocat, vadat Fabritius ad Turcicum Musti, qui ostendet ipsi plurimos Mahometi Codices, quos Turcæ vocant Sacros: nec tamen ideo Sacri sunt.

Dein-

Deinde temet feris, tua-
que Principia subvertis Fa-
briti, dum nobis retorques
argumentum: nam si conce-
dis, eo sensu disputandum
esse ex Scriptura, quo eam
ab Ecclesia accepisti; ergo
jam fateris Scripturam per se,
non esse determinati sensus
citra Ecclesiæ testimonium:
agnoscis item (quod sæpius
negaveras) pro idonea Reve-
lationum divinarum Teste,
Ecclesiam; 2. Tim. 2. 2. quin
hanc ipsam, pro Controver-
siarum Judice statuis; si Scri-
pturâ

pturâ eo sensu, quem Eccle-
sia determinaverit, utendum
fit. Vides quò te intricat in-
considerata retorsio? Sed re-
deo ad prius. Ex eo, quòd
Petrus, qui fuit Pontifex Ro-
manus, testetur de suis Epi-
stolis; vanissimè infert Fa-
britius, Scripturam per se,
esse testimonium infallibile
Revelationum: Epistola e-
nim S. Petri, testimonio Ec-
clesiæ & Capitis præsentis, sci-
tur de præsentis, esse Canonica:
& ea, quæ fuerunt Canoni-
ca tempore Divi Petri, sci-
mus

mus infallibiliter de præsentis,
testimonio Ecclesiæ præsentis,
fuisse talia. Quamvis suâ ar-
gutatione, solam Epistolam
S. Petri faceret Canonicam
Fabritius; cùm de reliquis,
illa Epistola non testificetur;
neque ullas denominet, de
quibus est quæstio.

Præterea, dicat cathego-
ricè Fabritius, unde scit Epi-
stolas, quibus præfixum est
nomen S. Petri, esse ab eodẽ
S. Petro, Spiritu S. dictante
conscriptas? unde constat il-
lis Epistolis, aliisque Scriptu-
ris di-

ris; divinam inesse authorita-
tem? cùm enim fide divinã
credi debeant, debet consta-
re quoad hoc de Revelatione
divina infallibiliter: hæc au-
tem non constat Fabritio, nisi
ex motivo humano; uti ipse
fessus est in auditorio RR.
PP. Franciscanorum, dum
hac de re urgeretur; dicens,
se tam certum esse de Scriptura Sacra,
quàm certò scit, se duos pedes habere:
Sed hoc nescit ex revelatione
divina: ergo nec Scripturam
esse Sacram, scit ex Revela-
tione divina; sine qua ta-
men, Fides non datur:
quod

quod Fabritius ignorat; aliàs non diceret; contra testimonium sensuum, nulla testimonia admitti debere: quo dicto innuit, se credere Scripturæ divinitatem, quia oculis videt Biblicum Codicem. At Fides est, non apparentium, Hebr. II. I. oculo præsertim; cui rectus quoque baculus, in aqua curvus apparet: & hujusmodi est Fabritiana Fides.

Ad Quæstionem ergo respondet Fabritius, quod Epistolæ S. Petri, se se divinitus inspiratas esse testentur,

2. Pet. 1. 21. sicut & Epistolæ S.
Pauli, 2. Tim. 3. 16. At per hoc
iterum Principium petit; de
his enim textibus eadem est
Quæstio: quam risu dignam & So-
mnium vigilantium esse; ac Fabulam, à
sola Dialectica R. P. Professoris mei institu-
tam, erroneè putat Fabritius:
cùm in ipsa, Apostolis vici-
na ætate, Primi Ecclesiæ Pa-
tres, pridem docuerint; ne-
gandam esse omnibus hære-
ticis Scripturâ: instar Tertul-
liani; Præscrip. c. 15. qui sic:
Sed & ipsi (hæretici) de
Scripturis agunt, & de Scri-
pturis suadent, &c. Hunc
igitur

igitur potissimum gradum
obstruimus; non esse admit-
tendos eos ad ullam de Scri-
pturis disputationem. Si
hæ sunt illæ vires eorum; ut
nec istas habere possint; di-
spici debet, cui competat
possessio Scripturarum: ne ii
admittantur ad eas, quibus nullo modo
competit. Et cap. 37. Nullum
vos, inquit, jus capitis Chri-
stianarum Literarum; qui
estis, (Luthero-Calvinici)
quando & unde venistis?
quid in meo agitis, non mei?
Quo jure, Marcion, (& Po-
mari)

mari) sylvam meam cædis?
quâ licentiâ, Valentine, (&
Zabani) fontes meo transf-
vertis? quâ potestate, Apel-
les, (& Fabriti) limites me-
os commoves? Mea est pos-
sessio (Scripturarum;) o-
lim possideo, prior possideo,
habeo origines firmas ab
ipsis authoribus, quorum
fuit res, &c.

Hæc Tertullianus ante
1400. Annos: ergo falsum est
mi Fabriti, quòd hæc Diale-
ctica, quam omnipotentem,
ac quodlibeticam irrationa-
bili-

biliter vocas, sit à R. P. Professore meo instituta. Quod si non placet Tertullianus, tanquam in quibusdam de Hæresi suspectus; audi S. Augustinum, nobis pro eadem sententia consonantem; Lib. cont. Crescon. cap. 33. Scripturarum à nobis tenetur veritas, cum hoc facimus, quod Universæ placet Ecclesiæ. Et quisquis falli metuit hac obscuritate quæstionis (de Scriptura;) Ecclesiam consulat.

Itaque hæc Dialectica, investigandi genuinas Scriptu-
ptu-

pturas, fuit etiam Divi Au-
gustini; qui authoritatem
tribuit Scripturis, non nisi
per Ecclesiam cognitis ut Sa-
cris, primò per Propositio-
nem modalé: in quo prorsùs
ignorantissimus est Fabri-
tius, citans tot testimonia
S. Augustini, quæ omnia
supponunt Scripturam jam
cognitam ut Sacram: qua
in re vehementer errat etiam
Pomarius cum Zabanio.
Clemens autem Romanus,
Epist. 5. apud Gratian. dist. 34. cap. 14.
disertè sic concludit pro no-

stra sententia: Oportet ergo ab ea
intelligentiam discere Scripturarum, qui
eam à Majoribus, secundum veritatem sibi
eraditam servavit:

Quis autem
ille sit, qui secundum verita-
tem servavit; docet S. Au-
gustinus: qui postquam di-
xisset; Epist. 162. In Romana Ecclesia,
semper Apostolicæ Cathedræ viguit Prin-
cipatus: postmodum censu-
randa Scripta sua contra Pe-
lagium, direxit ad Bonifaci-
um, Pontificem Romanum,
quem Beatissimum atque
Venerandum Papam vocat.
Tom. 7. lib. 1. cont. 2. Ep. Pelag. c. 1.

Hinc perversè argumen-
tatur

tatur Fabritius, asserens; ne-
gatâ Scripturâ, Lutheranis præclu-
di aditum ad Religionem Romano-Catho-
licam: in primis enim, non
negatur Scriptura; (notate
beneterni Professores:) sed
negatur, quod Luthero-Cal-
vinici, illam habeant viâ in-
fallibili: habendo autem viâ
fallibili, divinam Fidem ha-
bere nequeunt, quæ inniti-
tur Verbo DEI, cognito ut
tali infallibiliter: fundamen-
to enim fallibili, non nisi fal-
libilia superstruuntur; qualia
sunt omnia Luthero-Calvi-

nicæ Fidei Documenta & ar-
gumenta: ideoq; latissimus
aperitur Lutheranis aditus
ad Romanam Fidem, quæ
in omni ambiguitate fulci-
tur Columnâ & Firmamen-
to Veritatis, 1. Tim. 3. v. 15.
nempe Ecclesiâ; **UNA**, per
Fidei Capitique visibilis uni-
tatem; **SANCTA**, per do-
ctrinæ ac morum miraculo-
sam Sanctitatem; **CATHO-
LICA**, per omnium tempo-
rum, locorum, Gentiumque
comprehensionem; **APO-
STOLICA**, per nunquam
inter-

interruptam Pastorum ac
Doctorum, ab ipsis Apostolis
usque huc, Successionem.
Huc veniat, qui falli metuit;
S. Augustinus ait: quantum-
cunq̄ue reclamant tres Lu-
therani Professores. Non au-
diatis ergo eos, tamen si dictiones ex Sacris
Litteris scribant; etiam si voces Orthodoxæ
Fidei loquantur; indumentum ovium hæc
verba sunt. S. Athanas. orat. 1. cont. Ariam.
fol. 121.

Animadversio

III.

Per fallacia media, quærit Divinam in-
fallibilitatem Fabritius.

Novimus, inquit, Scriptu-
ram esse Sacram, Quia cre-
dimus

diuus historicis Libris. Nosceres
potiùs Fabriti, (quod etiam
Zabanius malè recusavit
nosse) te tuâmet sententiâ, si
cordialiter protulisti, fa-
ctum esse Romano-Catho-
licum: quid enim, sodes,
habent aliud omnes anti-
quissimi Christiani Histori-
ci, quàm vel hæreses damna-
tas, vel res Romano-Catho-
licas stabilitas? Lege recen-
tiores etiam tuos Centuria-
tores, Centuriâ 2. Col. 55.
sic scribentes: Etiam si hæc
ætas, Apostolis admodum
vicina

vicina fuit; tamen doctrina
Christi, & Apostolorum,
non parùm obfuscarî cæpit:
multæ enim monstrosæ &
incommodæ opiniones à Do-
ctoribus sparsæ reperiuntur,
de Invocatione Sanctorum,
Sacrificio, Ecclesiæ Roma-
næ primatu, &c.

Quæ verba, quamvis in-
juriosè accusatoria, indi-
cant Romano-Catholicæ
Ecclesiæ Doctrinam, ipso-
rummet testimonio Adver-
sarium, proximâ Aposto-
lis ætate, ab antiquis Docto-
ribus

ribus creditam; & Fabritio
de necesse credendam: nisi
revocet suum illud magistra-
le effatum; quia credimus historicis
Libris: & sic, quidquid malè
cecinit suo § XXXII. to-
tum id meritò, salutari pa-
linodiâ recantabit Fabritius.
Utque magis adhuc stringa-
tur suomet funiculo, legat
eosdem suos Centuriatores
Historicos de Invocatione
Sanctorum, Cent. 3. Cap. 4 Col. 85.
lin. 47. De Cælibatu Sacerdo-
tum; Cent. 2. cap. 4. Col. 64. &c. De
Comunionem sub una specie;

Cent. 3. Cap. 6. pag. 132. De Sacrifi-
cio Missæ; Cent. 2. c. 4. Col. 65. lin. 20

Vel ergo credit Historicis:
Fabritius, vel non? si credit;
debet esse Romano-Catho-
licus: quia iidem Historici,
qui Fabritio testificantur de
Scriptura Sacra; testifican-
tur etiam, tum de antiquita-
te, tum de veritate Fidei Ro-
mano-Catholicæ: ergo fiat
Romano-Catholicus, si re-
ctè argumentatur Fabritius:
quod si nolit; ergo non rectè
argumentatur: Fidemque
divinam confundit cum hu-
mana;

mana; uti & infallibilitatem
moralem, (quæ fit à testifi-
cante Ecclesia, pro Actibus
Fidei eliciendis cum DEI gra-
tia,) confundit Fabritius cū
infallibilitate morali, pro A-
ctibus merè humanis elicien-
dis: ac de tali infallibilitate
morali discurret § 6. cum-
que tali formidolosa infalli-
bilitate, cui nempe possit
subesse contrarium, Scriptu-
ram Sacram stabilire cona-
tur Fabritius; & Thesium
Compendialium Primam,
quæ Lutheranis negat certi-
tudi-

tudinem Scripturæ, invitus
comprobat, seque suomet
gladio § 9. jugulat: Quia
Dogmata quæ in Scriptura Sacra non con-
tinentur, nec ex ea per legitimam conse-
quentiam deduci possunt, Fide di-
vinâ Fabritius non credit: At
Scripturam dari, vel hunc
Biblicum Codicem qui à Lu-
theranis teritur, Sacrum ef-
se, est tale dogma, quod in
Scriptura Sacra non contine-
tur, nec ex ea per legitimam
consequentiam deduci po-
test: ergo Scripturâ dari, &c.
Fide divinâ Fabritius non
credit. Negabis Minorem,

& in contrarium allegabis
textum, 2. Tim. 3. 16. &c. Sed
iterum cum insigni fallacia
petitionis Principii: textum
enim citatum, esse Verbum
DEI, æquè probandum ti-
bi incumbit, ac alias Scri-
pturæ partes. 2. Unde tibi
constat, hunc textum non ef-
se corruptum? non subre-
ptitium? &c. Dicis constare
ex Matt. 5. 18. & Luc. 16. 17. ubi
Christus promittit futurum,
ut nec unus apex, aut unum
jota pereat de Verbis ejus:
sed iterum Principium petis,
malus

malus dialecticus: nam eadem fit de locis citatis quaestio.

Hic vos praestate Viros Lutheri-Calvinici Professores, & pro infallibili cognitione divinarum Revelationum, praeter Scripturam Sacram, de qua est quaestio, & praeter testimonium Verae Ecclesiae, aliud si potestis assignate. Zabanius assignat testimonium Judaeorum; & quidem evidens, inquit, iudicio S. Augustini: sed sane evidens est, mi Zabani, te hic

hic falsum dicere; nam S. Augustin^o expressè dicit, Lib. 8. de Civit. DEI, cap. 36. quòd Libros Machabæorum non Judæi, sed Ecclesia pro Canonicis habet. Quid jam credendum Zabanio? qui proinde sibi occinat id, quod R. P. Professori meo designat ex Eccles. cap. 10. 3. quod in via Stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, omnes Stultos æstimat. Ita facit Zabanius, contra omnes SS. PP. dicens, quòd sepositâ Ecclesiâ, ex aliis à se enumeratis Signis, cognosci possit Scriptura Sacra: cùm tamen ea omnia sint incerta, sepositâ Ecclesiâ.

Proin-

Proinde dico iterum,
præstate vos Viros, Professo-
res Luthero-Calvinici, &
si potestis, assignate pro in-
fallibilitate Scripturæ ali-
quid aliud præter Ecclesiam,
& præter ea, de quibus est
quæstio; uti est ipsa Scriptu-
ra, & ejus vis, & concordia,
& vaticinia, & miracula ibi
descripta. Miror sanè tres
Professores, quòd nesciant
de his omnibus quæri, an sint
à DEO revelata prout scri-
buntur & leguntur: & esse
revelata, declarantur Proposi-
tione

tione Medali, cujus formale moti-
vum, non est Verbum DEI,
sed testificatio Veræ Eccle-
siæ: quam Propositionem
quia Luthero-Calvinici ni-
hili faciunt, ideo de Divinis
Revelationibus nihil sciunt
infallibiliter. Ideoque non
Professor meus, uti calu-
mniatur Fabritius; sed vos
ipsi Professores Lutherani,
vanis præstigiis, simplicium
mentibus illuditis, dum non
sinitis Christianos investiga-
re, an hoc vel illud, quod di-
citis esse Verbum DEI, sit re-
verâ

verâ Verbum DEI: & ita nul-
lam Fidem Divinam habetis:
nisi fortè Judaicam, juxta
Scripta Fabritii, § XXX.
ubi pro infallibilitate Scri-
pturarum, allegat ex S. Au-
gustino Judæos, tanquam
Capsarios, Scriniarios, & Li-
brarios Christianorum. O
verè, Capsarii Fabritii, ve-
ritate vacuam, & inanem
Capsam, si Fundamentum
suæ Christianitatis de veri-
tate Scripturarum, in Judæ-
is collocat: qui, prout & A-
sina Baál, si verum locuti
sunt,

sunt, dum fuerunt Organa
Spiritus Sancti; malè con-
cludit Fabritius; eos nunc eti-
am vera loqui, dum sunt
Organa Diaboli, Christum
blasphemantia. Videte DD.
Lutherani, quorsum vos
dirigunt Professores vestri,
pro investiganda Scriptura-
rum Veritate: ad perfidos
nempe Judæos, pro Chri-
stianæ Fidei legitimitate:
quamvis, ubi apparuerit ef-
se veritatem disciplinæ, &
Fidei Christianæ; illic est ve-
ritas Scripturarum, & expo-
sitio-

sitionum, juxta Tertullianum: Præscrip. c. 37.

Animadversio IV.

Exorticem pro nucleo vendit Lutheranis Fabritius.

MUltum se tricat fricat-
que Fabritius, circa varia Scripturæ Sacræ idioma-
ta; nesciens de omnibus ean-
dem esse Quæstionem, an
sint Sacra, an genuina, an in-
corrupta, &c. Cùm &
ipse concedat § suo 3. aliqua E-
xemplaria Hebraica & Græca, Librariorum
negli-

negligentiâ vel distractione, aut, Hæretico-
rum malitiâ corrupta fuisse.

Unde
scit igitur, hoc ipsum exem-
plar, non esse ex numero
corruptorum? & quidem in
illis textibus, quibus contra
Vulgatam editionem mili-
tat. Ridebit iterum Fabri-
tius ad has Quæstiones: ipse
magis irridendus, tanquam
Petitor Principii perpetuus:
præterquã quòd præ omni-
bus originariis Fontibus, sit
major de incorruptione cer-
titudo Editionis Vulgatæ:
hujus enim major in Ecclesia
sem-

semper cura fuit ac ratio;
frequentior inter Ecclesiæ
Doctores usus; quam Con-
cilia omnia pro confirman-
dis Fidei dogmatibus adhi-
buerunt; Concionatores ex-
planârunt; & hâc, à tempo-
re B. Gregorii, omnis Eccle-
sia Latina usa est. Huic, fal-
sissimè impingit Fabritius
aliquos errores, ex nonnul-
lis textibus Græcis & Hebrai-
cis, in quibus non advertit
negari sibi Suppositum: vel
certè advertit; sed dissimu-
lat: quia nec ad latum un-
guem

gvem sciret progredi; quod ostendit in Monasterio Casfoviensi, ex Disputatione profugiens. Nunc autem proprio se telo confodiens, erroris arguendo Editionem Vulgatam; de qua tamen dicit, § suo 6. quòd citra Libros Apocryphos, admittatur etiam à Lutheranis eadem Editio Vulgata: hanc igitur arguendo, etiam Lutherana Biblia arguit Fabritius: quid ergo mirum, si nec ullam Fidem divinam habeat, non habendo Verbum DEI genuinum.

Quod

Quod autem Sixtus V. &
Clemens VIII. citra omnem
in Fide contradictionem se-
dulò ad laborârint, ut per
Doctissimos Ecclesiæ viros,
ex manuscriptis Codicibus
antiquissimis, adhibitis eti-
am Hebraicis & Græcis
(quæ in Ecclesiæ fidei cu-
stodia manserant) Bibliis,
& Patrum aliquorum lectio-
nibus, omnia ad pristinam
reducerentur integritatem,
quæ lædi poterat per multas
descriptiones ac recusiones;
hinc Fabritius falsè cōcludit,

Kos duos Pontifices sibi contradixisse :
eadem enim Vuigata, quam-
vis paulò emendatior, pro-
ponitur à Clemente, quæ à
Sixto fuit proposita: nisi for-
san & Fabritius non sit idē in
substantia, si hodie sit paulò
sanior, quàm heri fuerit :
quãvis à toties recocta cram-
be, etiam nū sat æger sit ani-
mo, in figmētis millies refu-
tatis se occupans, unà cū Po-
mario & Zabanio: qui dum
nequeunt cathegoricè infal-
libiliter ostendere, quòd ha-
beant Scripturam Sacram;
& mi

& miris interim evagationibus, claram Catholicorum sententiam obfuscare conantur; certè juxta S. Augustinū,

Id unum agunt, ut omnis de medio Scripturarum auferatur autoritas; & suus cuique animus autor sit, quid in unaquaque Scriptura probet, quid improbet: id est, ut non authoritati Scripturarum subjiciatur ad fidem; sed sibi Scripturas ipse subjiciat. Tom. 6. l. 32. cont. Faustum, c. 15.

Animadversio V.

Homini quàm DEO plus tribuit Fabricius.

Dicit, quòd ipsa Scriptura Sacra, directè & immediatè ac infallibiliter, suam originem divinam significat, & mentem in consensum & acceptationem

sui flectit. § 6. Mira res! majorem inesse vim characteribus humanâ manu formatis, juxta Fabritium; quàm vocibus immediatè à DEO prolatis. Nam Judic. 6. 17. DEUS iteratò locutus est Gedeoni, qui tamen non agnovit, DEUM sibi loqui, sed idipsum signo manifestari petiit. Verba item DEI, 1. Reg. 3. 4. existimata sunt à Samuele, verba esse Sacerdotis Heli. Præterea, si cui aliquando, certè Doctori Gentium Paulo, DEUS clarè locutus est;

& ta-

& tamen quærit: **Quis es**
Domine? Actor. 9. 5.

Adesdum Zabani cum
Fabritio: dic sodes, an in hi-
sce locis, **DEI** Verbis defue-
rit majestas? an vis? an con-
cordia? an vaticinium? &c.
Discite quæso vos, aliquan-
do tandem vera loqui, & at-
tributam divinitus Ecclesiæ
veridicæ authoritatem, eti-
am vos attribuite eidem Ec-
clesiæ potius, quàm Privatis
aliquibus, quos dicitis, ex
ipsa Scriptura cognoscere
Scripturarum Divinitatem:

ergo veraciùs cognoscet ipsa
Ecclesia, cui de infallibilita-
te, promissiones De' maio-
res fecit præ omnibus Priva-
tis seorsim. Et quòd si Scriptu-
ra ipsa est sufficiens sui testi-
moniũ; dicit Fabriti, quid
causæ est, quòd ex Libris Ca-
nonicis nonnullos, quos re-
pudiârunt alii, & in præsen-
tem diem repudiant; è con-
versò, pro authenticis agno-
verint, agnoscuntq; rursùm
alii? Marcionitæ, (de qui-
bus Iræn. lib. 1. cap. 20.) Li-
bros Veteris Testamenti, à
malo

malo quodam Genio dicta-
tos existimantes, in universū
respuebant: Psalmi Davidi-
ci, ut humana & profana
cantica, à Nicolaitis & Gno-
sticis sunt habita: Euseb. lib.
7. c. 25. Manichæorum er-
ror fuit, teste August. lib. 32.
cont. Faust. cap. 2. Euange-
lia non ab Apostolis, vel aliis
Domini Discipulis; sed à
quibusdam impostoribus,
multa falsa admiscentibus,
conscripta fuisse. Ebioni,
solus ex Evangelistis Mat-
thæus placuit: Iræn. l. 1. c. 26.

Cherintus, Marci solius E-
vāgelio usus est: Marcion so-
lum Lucam in pretio habuit,
quāquam & hunc mutilum
& corruptum: teste Tertull.
lib. 4. cont. Marcion. Valen-
tinus autem, nullum Evan-
gelistam præter Joannem
agnovit. Plura hujusmodi
alia prætereo, tum antiqua;
tum etiam præsentia, in qui-
bus Lutherani quoad acce-
ptandas Scripturas, discre-
pant à Calvinicis; qui tamen æ-
què recurrunt ad Conscientiā; in qua con-
victum se, prout Mahometani,
jactat Fabriti⁹; hos tantum Libros esse

Sacros, non alios: ad gratiam item cordi-
flexivam, & ad internum Spiritus testimo-
nium. Nam 1. ex eisdem ra-
tionibus Lutherista rejicit,
& Calvinista recipit Episto-
lam S. Jacobi: ergo est im-
possibile, ut illa ratio sit vera,
quæ tam veris, quàm falsis
suffragatur: hanc mearum
Thesium veritatem, nemo
trium Professorum satis per-
cepit. 2. Non omni Spi-
ritui credendum: sed pro-
bandos esse Spiritus, si ex
Deo sint, veritas monet. 1. Joan.
4. 1. & 6. Incertum autem est
Fabritio, an Spiritus ille in-

ternus, sit veritatis; vel verò
is, qui quandoque in Ange-
lum lucis se se transfigurat.
2. Cor. 11. 14. Atque ita, dum
fallibili nixus principio, Scri-
pturam se habere opinatur;
câ se privat: fidemque suam
esse merè humanam, & opi-
nionem erroneam compro-
bat, juxta Thesim V. Com-
pendialem, &c.

Deinde, vel credit Fide
divinâ id, Fabriti^o quod ei cō-
scientia, gratia cordiflexiva,
internum Spiritûs testimo-
nium dictat, vel non: si cre-
dit;

dit; ergo jam præter Verbum
DEI Scriptum, agnoscit non
Scriptum: cum tamen per
ipsum, Fides divina solo Ver-
bo Dei Scripto niti debeat:

§ 9. Si autem non credit;
ergo prædicta conscientia
illa, tuta non erit in re tanti
momenti, & negotio salutis.
Gyrat se hic, versatque in om-
nem partem, & Scriptu-
ram iterum citat Fabritius;
quam, an sit? unde sit? cor-
rupta vel integra sit? non-
dum habet pro comperto
infallibiliter; ideoque nec

Fidem divinam habet ullius
sui Articuli: quod quidem
Theses meæ Compendiales
luculenter statuunt; & Fa-
britianæ, oppugnando con-
firmant; eòque magis, quòd
concedat § suo V. perdi totam Fi-
dem ab eo, qui in unico Articulo discredit
Deo: quod & Pomarius con-
cesserat; sed in gratiam Za-
banii revocavit; plus homi-
ni gratificat⁹, quàm veritati:
quid enim magis verum, ac,
si in re minima Deo loquenti
non credas, quòd tunc il-
lum habeas pro fallibili; &

sic to-

sic totum Deum tollis: quod
non faciunt debiles infide;
sed ex parte subjecti, tenuius
adhærent divinæ infallibili-
tati. Miror! hoc non intel-
ligere Professores Eperjesi-
enses: & nescire, quòd ma-
jor vel minor adhæsiō intel-
lectus, non tollat objectum;
prout tollit, quando scit ali-
quis Deum loqui, & tamen
illi non adhibet Fidem, quæ
consistit in indivisibili quoad
objectum; non autem quo-
ad qualitatem habitus, qui
est in intellectu ut Subjecto.

Quæ-

Quæso Domini Professores,
hæc benè percipite, & sic,
Fidē Romano-Catholicam
non oppugnabitis: quam
oppugnando vel in unico
Articulo, Fidem totam ne-
gatis; cùm nihil sit in Mun-
do tale, præter Ecclesiam
veram, quod convincat me
cum S. Augustino simul, hoc
aut illud esse divinitùs reve-
latum: quia ut jam toties di-
xi, Fide divinâ non creditur,
nisi sit divinitùs revelatum:
esse autem revelatum, decla-
ratur per Propositionem
Moda-

Modalem; cujus Formale
Motivum, est Ecclesiæ testi-
ficatio: ergo hâc negatâ vel
in minimo, habetis illam pro
fallibili, & sic totam etiam
Fidem negatis, cujus Præ-
paratio, est Modalis Propo-
sicio. Frustra omnia agitis,
antequam hoc expugnetis.
Frustra etiam. sive vos, sive
Calvinici, nescio quos iner-
mes Goliathos erigitis con-
tra Cardinalis Pazmanni
Hodægum, qui de hac ipsa
Præparatione agens Lib. 6.
& 7. nullū habuit quoad hoc
legi-

legitimum . Refutatore .

Neque patrocinantur vobis Judæi, ut jam dixi: quia moderni sunt blasphemi, qui suos etiam Talmudicos Libros pro sacris literis venditant; nec tamen ideo Sacri sunt: antiqui autem Judæi, mille sexcentis annis præcefferunt: & fuerint illi tunc infallibiles in tradenda Scriptura; quis nunc illam tradit inviolatè? & nonne Ecclesia Christiana est Fide dignior, quàm Judaica? Isa. 59. 20. Heb. 8. 6. Præterea, si per

si per Judæos authenticatis
Scripturam; ergo illos statu-
itis supra Scripturam: aut si
non; ergo hoc ipsum malè
nobis affingitis, dum nos Ec-
clesiæ tribuimus, quod vos
Judæis; & idem est, ac si dice-
retis, accidentia digniora ac
perfectiora esse, quàm sit sub-
stantia; eò quòd hæc, mediis
illis cognoscatur.

Sed dicit ultra Zabanius;
se nôsse Sacram Scripturam, ex testimonio
Divini Spiritûs, in S. Scriptura loquentis:
at obviat ei S. Joannes, di-
cens; nolite omni Spiritui credere:
1. Joan. 4. i. quo sanè, omnis
vestra

vestra somniata certitudo
corrui, Ecclesiæ veridicæ
testimonio non firmata. Et
unde evinces, hunc tuum
Spiritus cum Sacris Literis
convenire, cum id negent alii?
Cur item Lutherani non
agnoscunt loquentem Spiritum
Sanctum in Epistola Ja-
cobæa, prout agnoscunt Cal-
vinici? Dicit Zabanius; Spi-
ritum Calvinianum, non es-
se Sanctum. Sed Calvinici,
idem dicunt de Spritu
Zabaniano: & sic, cum utri-
que tantundem certitudinis
adfe-

adferant pro divinitate sui
Spiritus; neutris creden-
dum: estque ejusmodi Spi-
ritus, quo unus præ alio ju-
dicat aliter, non in ipsa Scri-
ptura mi Zabani; sed in pri-
vato judicio Luthero-Calvi-
nicorū; adeoque omnis eorū
Fides, in hujusmodi judiciū
resoluta, est merè humana,
non divina: quia idem, manens
idem, semper aptum est facere idem:
cū ergo semper eadem in
se maneat Epistola Jacobæa;
se ipsam quoad nos authenti-
care nequit: dumque Calvi-
nians

nianis fit authentica, utique
per ipsosmet authenticatur;
uti & Scripturæ Lutheranor-
um, per Lutheranos: &
sic, non Deo, sed sibi cre-
dunt Luthero-Calvinici.

Quoad Epistolam Jaco-
bæam, quoad Gedeonem,
Samuelem, & S. Paulum,
ut supra, Animaduers. V. & quoad
Libros Machabæorum, re-
currit eadem difficultas de
vi conuersiva hominum, de completa vati-
cinatorum veritate, de concordia, de cæ-
lesti animadversione defendente S. Scriptu-
ram, de ipsa Scriptura, de miraculis.
Adeoq̄ue Zabano, sepositâ
(ut ipse loquitur) Ecclesiâ,
cū

cùm nullum argumenti ge-
nus suppetat, quo falli ne-
queat in probanda Scriptu-
ræ divinitate; nullam fidem
divinam habet unà cum Po-
mario, aliisque; & præser-
tim Fabritio, qui ex eo, quòd
ad actum divinæ Fidei requi-
ratur gratia, infert § XV.
aut admittendum esse internum Spiritus
testimonium, aut omnem divinam Fidem
esse tollendam. Per quam illatio-
nem insulsissimam ostendit
Lutheranus Professor, sene-
scire; aliud esse, principi-
um elicativum actus; aliud,
ejusdem motivum formale;
& de

& de hoc nos agimus, dum
de Scripturæ divinitate in-
quirimus; quod tam parùm
connectitur cum falsa illa il-
latione, quàm duo pedes Fa-
britiani, cum Duobus Te-
stamentis. Et hujusmodi
sunt ferè omnes consequen-
tiæ Fabritii, cusæ contra Ec-
clesiæ Romano-Catholicæ
firmitatem.

Animadversio VI.

Ultra sobrietatem sapit Fabritius.

Rom. 12. 3.

Non semel scribit, sen-
sum

sum Scripturæ sublatum
esse à R. P. Professore meo,
ideoque ex Scriptura nihil si-
bi probari posse. Sed hoc
est sapere, plusquam oportet.
Nam si verum est, Scri-
pturam ad determinatum sensum ex eo non
valere; quia se sola, & per se non valet:
ergo & calamus Fabritii nil
valebit; quia sine atramen-
to non valet: & sermo Fa-
britii nihil valebit; quia pro-
latus absque ratione, non va-
let: & fornax Fabritii nil
valebit; quia sine igne non
valet. &c. non advertens
simplex dialecticus; quòd

licet in sensu diviso aliquid parùm valeat; multùm tamen valet in sensu composito. Ideoq̄ue determinatum Scripturæ sensum vel maximè adstruit R. P. Professor, quando pro determinato sensu adinveniendò, ad infallibilem dirigit Ecclesiam: 1. Tim. 3. 15. Matt. 18. 17. quam iterum cum fallacia petitionis principii impugnat Fabritius, ex duplici capite privatus Scripturâ: 1. quia nulla viâ infallibili eâ se habere probat: 2. quia ab Ec-

ab Ecclesia Catholica Scripturam accipiens absque illo sensu, quem Ecclesia declarat; non accipit Scripturam Sacram. *Thesi 10. n. 3.*

Ignorat insuper Fabritius, vix non ad Grammaticos relegandus, qualem Quæstionem censeret Bellarminus, lib. I. de Verbo Dei, c. i. indignam

Theologo? scilicet, Sitne Scriptura Prophetica & Apostolica, ut Verbum Dei recipienda? In totis meis The-

E

poni-

ponimus ut verissimum,
Scripta Apostolica & Pro-
phetica, esse verè Verbum
Dei; sed quærimus, an hæc,
quæ sunt præ manibus, sint
verè Prophetica & Apostoli-
ca? Et hanc Quæstionem,
non quòd diceret Theologo
indignâ Bellarminus, ut po-
tiùs doceat planè cōtrarium;
de Verbo Dei, lib. 4. c. 4. Oportet
inquit, non solùm scire, qui sint Li-
bri Sacri; sed etiam in particulari istos,
qui sunt in manibus, esse illos. Non e-
nim fatis est credere, Evangelium Marcæ
esse verum; Evangelium Thomæ non esse
verum; sed oportet etiam credere, hoc
Evangelium quod nunc legitur nomine
Marcæ, esse illud verum & incorruptum.

quod

quod scripsit Marcus: quod certè ex Scri-
ptura probari non potest. Non hanc
igitur, sed illam Bellarmi-
nus Quæstionem arguit;
an Scriptura Sacra, sit Sacra? quam
ex improbitate & impu-
dentia Lutheranorum, dicit
esse ortam. En Fabriti, quo-
modo tuæ causæ favet Bel-
larminus. Fumum proin-
de vendis, dum ex eodem
Bellarmino & aliis, extra
veridicæ Ecclesiæ testimoni-
um, pro probanda Scriptu-
ræ divinitate alia, quædam
motiva recitas § XVII: si

quidem ea omnia, non nisi
congruentiæ sunt, quæ co-
gnitâ jam aliunde per testifi-
cantem Ecclesiam Scripturâ;
animum credentis, in fide
magis magisque firmant, ac-
cessoriè saltem.

Sed nec testimonium
S. Augustini, quod § X. &
XXV. ex Lib. 6. Confess.
c. 5. pro te adducis, tibi pa-
trocinatur: nam quid in hac
re Augustinus senserit, ex-
pressum habes superiùs in
Præambulis, circa finem.
Quâvis auctoritatem S. Au-
gusti-

gustini tu ineptissimè explo-
seris in § 25. Responsione 5.
dicens, S. Augustinum irrationa-
biliter fecisse, quod Scripturæ nolueris
per se & immediatè credere. Jam ap-
pello ad Tribunal Orbis
Christiani, an non Fabritius
sit dicendus millies irratio-
nabilior S. Augustino? vel
ex hoc, quod Tyro misera-
bilis, præsumserit scribere,
irrationabilem esse S. Au-
gustinum.

Adeoq̄ue cum tam irra-
tionabili homine nihil resta-
ret mihi agendum, nisi alios

respicerem, seductos Thefi-
bus Fabritianis: quibus as-
fertitur § 9. Dogmata quæ in
Scripturis non continentur, nec per legiti-
mam consequentiam deduci possunt, Fi-
de Divinâ credenda non esse. Ergo,
quæ deducuntur per legiti-
mam consequentiam, dicit
Fabritius esse credenda: de-
ducamus ergo, & dicamus
sic: Qui nititur columnâ
& firmamento veritatis, non
errat: sed qui nititur Eccle-
siâ, nititur columnâ & fir-
mamento veritatis: 1. Tim 3. 15.
Ergo qui nititur Ecclesiâ,
non errat. Item: Illa est

vera

vera Christi Ecclesia, quæ sē-
per habuit Doctores & Pasto-
res in opus ministerii: Eph. 4. 12.
Sed Luthero-Calvinica Ec-
clesia, non habuit semper
Doctores & Pastores in opus
ministerii: Ergo Luthero-
Calvinica Ecclesia, non est
vera Ecclesia. Item: Qui
vult perfectè sequi Chri-
stum, vadit & vendit omnia,
quæ habet; & dat paupe-
ribus: Matt. 19. 21. Sed nullus
in Luthero-Calvinica Eccle-
sia est talis: Ergo nullus in
Luthero Calvinica Ecclesia

vult perfectè sequi Chri-
stum.

Has & similes Conse-
quentias Catholicorum infi-
nitas, damnabit Fabritius; &
nos damnabimus illius: in-
terim quisque suas dicit esse
legitimas. Ergo per Fabri-
tium, quisque suas divinâ
Fide credet: ergo divina Fi-
des in alterutris erit falsa;
quia contradictoriorum al-
tera necessariò est falsa. Vi-
des Domine Fabriti, quàm
multùm sapis ultrâ sobrie-
tatem! præsertim, quando
malè

malè deductis à te Conse-
quentiis, eandem infallibili-
tatem adstruis § 13. quam
habuerunt Consequentia
Christi, & SS. Petri & Pauli;
qui sicut in aliis, ita in dedu-
cendis Consequentis, e-
rant infallibiles: tua autem
deductio, est fallibilis ut
octo.

Ridiculum etiam in iiste
Consequentis exhibes, quas
adducis § 14. contra Arria-
nos & Sabellianos; qui non
negabant Scripturam, sed
Consequentias; quas dice-
bant

bant esse illegitimas: & Fabritius vult illas legitimare ex Logica: quasi verò in Logica sit legitimus sensus Propositionum Theologicarum; sine quo sensu nihil valet syllogismus Theologicus.

Deinde dum Fabritius nihil divinâ Fide credit, nisi quod in Scripturis continetur, vel per legitimam ex illis Consequentiam deducitur; credit etiam hoc ipsum principium: atqui hoc, in Scriptura nullibi continetur; neque per legitimam consequentiam ex ea deducitur.

Ergo

Ergo dum Fabritius nihil credit, nisi quod in Scriptura continetur, &c. necessario aliquid credit, quod in Scriptura non continetur: quæ sunt contradictoria; adeoque divinâ Fide credi non possunt. Et sic, in ipso suæ Fidei principio, destitutus divinâ Fide Fabritius, nullam Fidem divinam habet.

Animadversio VII.

Regulis Fabritianis, maxima inest
irregularitas.

Sicut qui cum fluctibus lu-

ctatur, quidquid offertur,
arripit ne hauriatur: sic &
Fabritius, contempto Eccle-
siae testimonio infallibili, de
certo Scripturae sensu, cum
nec impiam Arrii opinio-
nem ex Scriptura per se refellere
posset; dicit §. 13. ab Arrio
Regulas bonae interpretatio-
nis & intellectio-
nis, neglectas
fuisse; uti sunt, quòd Antece-
dentia & consequentia, in interpretatione
sint attendenda; & vox quaeque, pro ratio-
ne substratae materiae accipienda. &c.
Quarum Regularum plurimis
adeò Fabritius tumet, ut §
suo 22. obgannire non eru-
bescat:

bescat; à Lutherana, non Romano-
Catholica Ecclesia, Scripturas ita intelligi,
prout eas Primi Patres acceperunt ab Apo-

stolis: quia, inquit, Lutherana, non
Romano-Catholica Ecclesia intelligit Scri-
pturas, ut postulant rectæ intellectio-
nis le-
ges

Sed o! nimis irregula-
rem Fabritii turpiter sibi
contradicentis Regulam cre-
dēdi; prius enim asseruerat,
nihil esse credendum, quod in Scripturis
non est, aut ex illis legitimè non deducitur;
Sed Regula Fabritiana nec est
in Scripturis, nec ex iis legi-
timè deducitur; legitimitate
scilicet, sufficiente ad actum
Fidei: Ergo intellectio-
nis Regula Fabritiana, non est
credenda. Ad-

Adducatur interim illud
Principium; non entis, nullas esse
qualitates: quomodo ergo Re-
gulas intellectiois præscri-
bit Sacrae Scripturae, quam
non habet? O! irregularem
Regulam. Probet prius ar-
gumento infallibili, se ha-
bere Scripturam Sacram;
quod nunquam faciet citra
testimonium Ecclesiae, eti-
amsi millies pectus denu-
daverit. Deinde quis, ni-
si mente captus, credet Fa-
britium infallibilem esse in
combinandis antecedenti-
bus

bus & consequentibus? cum ipsemet totam etiam Ecclesiam, habeat pro fallibili: ergo & Regula Fabritiana, est fallibilis; Fidesque Fabritii merè humana: iteratò enim sibi contradicit § 9. dicens; Objecta fidei circumferibi Scripturarum peripheria; item: Scripturam per se, esse determinati sensus: & tamen determinatum Scripturæ sensum, jam non ex Scriptura, sed à Regulis interpretationis, per homines fallibiles institutis, emendicat. Adeoque in has ipsas Regulas, Fabritiana

na Fides.

na Fides resolvitur; vel ex hoc fallibilis, & minimè divina.

Præterea, vel leges intellectationis possunt ex Scriptura probari, vel non: si non; ergo per te, non est illis credendum: si autem possunt ex Scriptura probari, cur non citasti textum? Deinde, unde intelligis, eam esse Scripturæ mentem, quæ has, vel omnes vel aliquas intellectationis leges requirat? & quæ eum sensum, quem tu vis, infallibiliter determinet?

minet? De hoc iterum re-
dit Quæstio, an possit ex
Scriptura probari, vel non?
& sic in infinitum. Adeo que
Fabritius incidit in foveam,
quam malè struxit aliis: cer-
tè enim ultra Ecclesiam Ve-
ram cognitam, non habes
quò procedas aliò ad quæ-
rendum formale motivum
Propositionis Modalis, quæ
nos infallibiliter moraliter
ducit ad Propositiones de in-
esse; quas facit divinitus in-
fallibiles Verbum Dei: quâ-
re non benè intellectâ, er-
rant

rant in Primis Fidei Principi-
is; ideoque cum omnibus
suis Logodædalicis Scriptis,
in vacuum currunt tres Lu-
therani Professores.

Animadversio VIII.

Ignorat, quod loquitur Fabritius.

SI legisset exactiùs Thesim
meam 13. forsan quoad
hoc, suam ignorantiam non
prodidisset, Notas Ecclesiæ,
attribuens Scripturæ; cujus
unitas & sanctitas, non est
extrin-

extrinseca ejus proprietas;
qualis est Ecclesiæ; quod
Fabritius non intelligit: &
aliam esse objectivam San-
ctitatem, quam Scriptura
proponit; aliam subjecti-
vam, quæ est Fidelium, ne-
scivit: uti nec illud; quòd
extrinsecam unitatem, de
qua est quæstio, non habeat
Scriptura, in tot sensus scissa
ab Hæreticis. Nec scivit,
nos agere de unitate morali
plurium, inter se physicè di-
stinctorum. Neque scit,
non extitisse Scripturam o-
mni

mni tempore, prout extitit
Ecclesia Catholica.

Quod si & Apostolicam
Successionem applicat Scri-
pturæ, quæ semper est una
eademque; planè se prosti-
tuit: impudenter etiam ne-
gans §. 42. quòd S. Augu-
stinus omne judiciũ, Roma-
næ Ecclesiæ submittendum
esse judicasset; eò quod S. Cypria-
num, quem Stephanus excommunicarat,
S. Augustinus excusaverit: Epist. 43. ad
Vincent. Sed Fabritius ignorat
quod loquitur: nam S. Au-
gustinus, lib. 1. cont. Donat.
c. 18. & alibi fatetur, Cypri-
anum

anum, quòd Stephano Pon-
tifici noluerit obedire, pec-
câsse; non quidem contra
Fidem, sed contra obedi-
entiam.

Noluit præterea intelli-
gere Fabritius, Successio-
nem localem, (qualis fuit
Episcopi Antiocheni post
S. Petrum) nil facere ad e-
vertendam infallibilitatem
eorum, qui S. Petro, morali-
ter & vitaliter decedenti
succedunt: quòd habet ex-
planatum in Thesi mea 17.
Eam legat, meliùsque in-
telli-

telligat; & videbit, in fumum abire omnia, quæ contra Ecclesiæ Romano-Catholicæ Notas inaniter effu-
tiit. Sed maximè suam in eo detexit ignorantiam, quando ex illo dicto, quòd Pro infallibili cognitione divinarum Revelationum, nil supersit aliud præter testimonium Ecclesiæ, pessimè intulit; Romano-Catholicos, ex motivo fallibili credere Scripturæ divinitatem. Nam aliud est, motivum credendi; aliud, motivum credibilitatis: aliud, actus Fidei; aliud, judicium credibilitatis: quæ si hæctenus fuere incognita
Profes-

Professori Lutherano; non
pudeat discere à Discipulo
Sambariano: quorum om-
nium distinctionem repe-
riet in Compendiali mea
Thesi 12.

Porro Lutherum à Ponti-
ficiis missum, licet refuta-
tus, adhuc tamen asserit Fa-
britius; tali nempe argu-
mento, quo semetipsum ju-
gulat: ratione Præsbyteratus, in-
quit, Professoratus, & Doctoratus.
Sed Præsbyteratum, Profes-
soratum, & Doctoratum Lu-
therus habuit à talibus, quos
Luthe-

Luthero-Calvinici dicunt
esse Antichristos; ergo ju-
xta te, ab Antichristo mis-
sus est Lutherus, pro doctri-
na Lutherana seminanda:
ergo Doctrina Lutherana,
est consentiens Antichristo:
ut probavi Thesi 7. Num. 3.
& confirmat ipse Luthe-
rus, tract. de instit. Minist.
Tom. 2. lat. Witt. fol. 393.
ubi Ordinationem Pontifi-
ciorum, vocat *meram larvam men-
dicii*: & hâc larvâ induit Lu-
theranam Religionem Fa-
britius, dicens Lutherum
à Pon-

à Pontificiis missum, & quidem legitimè: atque ita, etiam Arrium, quoad missionem legitimat Fabritius; quia à Nostris priùs ordinatum: & quodsi hodie ex Luthero-Calvinicis Prædicantibus quispiam, novum aliquem inchoaret Turcismum; etiam hujus missionem legitimaret Fabritius: quia diceret, quòd fuerit apud Luthero-Calvinicos ordinatus. Quod tam est absurdum, quàm quod ulterius asserit § suo 41. Luth-

ranam nempe Sectam in
Italia, Hispania, Indiis, &c. per Jesu-
itas & Monachos promulgari: nisi
fortè, in quantum promul-
gantur esse Filii perditionis,
qui sunt extra Ecclesiam
Romano-Catholicam, ut
Luthero-Calvinici, cæteri-
que Sectarii. Vide Thesim 25.

Animadversio IX.

Romanam Petri Cathedram, futili-
ter impetit Fabritius.

O Bjectiones contra Ponti-
ficiam auctoritatem, jam
millies refutatas, quòd rur-
sum ab

sùm afferat Fabritius; vel
est nequitia, vel inscitia;
cùm nolit, aut nesciat earun-
dem etiam solutiones ex Bel-
larmino afferre: nimirùm
de S. Cypriano, de Conci-
lio Nicæno & Chalcedonen-
si, de Pontificibus in hære-
sim (ut ait) lapsis, à Con-
ciliis judicatis, ab Impera-
toribus depositis, &c. quæ
pro implenda duntaxat
charta recoxit Fabritius:
nisi fortè, uti excussum sibi
argumentum in disputatio-
ne fassus est; fateatur etiam,

suo tam citò animo excidisse
responsionem nostram,
quam publicè dedimus Cal-
vinistico Prædicanti Kabai,
quoad Concilium Chalcedo-
nense; fusè tunc differen-
tes, quòd absentibus Legatis
Pontificiis, potuerit errare
Concilium, tanquam man-
cum: cumque Prædicans
arrepto libro, evincere vo-
luisset, Legatos præsentis
fuisse etiam tunc, cùm de-
rogaretur Romanæ Sedi;
invito Posahazio coactus ul-
tra legere, cum rubore legit
verba

verba illa: quæcunque gesta sunt
nobis absentibus, circumduci jubea-
tis. &c. Conc. Chalced. Actio. 16. circa
finem. Horum Fabritius ob-
litus; & ignarus, quid sit
Supremi Pastoris perpetui-
tas moralis; eam nimis in-
fule trahit ad perpetuita-
tem solius Personæ physi-
cam; & concludit § 37. ex
moralis duratione Supremi
officii, S. Petrum, physicè non esse
mortuum: doctè! sed retro.
Vide meam Compendialem
Thesim 16. & 17.

Quæ autem posita sunt
pro defensione tum S. Petri,

tum Successorum illius, in
Thesi mea 18. ea omnia clau-
sis pertransiens oculis, o-
mnes inibi refutatas objecti-
ones, rursùm oggerit Fabri-
tius, asserens inter reliqua;
Pontificem fallibilem esse,
quia extra definitionem potest, in-
quit, errare: ergo etiam in definitione:
acsi dixisset; Fabritius extra
abstinentiam, potest se inc-
briare; ergo etiam in absti-
nentia. Fallacia est divi-
sionis, Professori Luthera-
no ignota: Pontifex enim
extra definitionem, ut perso-
na pri-

na privata, sine aſſiſtentia
Spiritus S. accipitur; in de-
finitione verò, ut perſona
publica cum eadem aſſiſten-
tia, ac promiſſione Dei, non
errandi. Similibus proin-
de fallaciis fidem ſuam fulci-
enti Fabritio, rectiùs con-
gruit id, quod ipſe de nobis
finxerat § 39. nempe, Dia-
lecticâ Fabritianâ, Lutheranorum cauſam
non defendi, ſed proſtitui. Nam
quid futilius, quàm ex poten-
tia Pontificum, vitam agen-
di flagitioſam; concludere,
eoſdem non eſſe infallibiles.

S. Petri Successores; cùm
constet, deformitatem vitæ
cum jurisdictione non pu-
gnare? 1. Pet. 2. 18. ideoque au-
diendos illos esse, qui in Ec-
clesia Dei nobis præsident,
Matt. 18. 17. quamvis prava
quorundam exempla se-
quenda non sint: Matt. 23. 2.
Et certè, iudicio S. Augustini:
In Cathedra coguntur etiam mali, bona do-
cere: Epist. 166. Quid item le-
pidius, quàm negare, Petrũ
fuisse Petram, super quam
ædificavit Christus Eccle-
siam suam; eò quòd Petrus
Chri-

Christum negârit? Liquet enim Petrum, tunc adhuc promissionem tantùm habuisse accipiendæ virtutis non errandi; quæ completa est, Joan. 21. 17. & hinc confirmatur magis Primatus Sancti Petri, non evertitur; juxta mentem S. Gregorii, Hom. 21. in Euang. Considerandum, in-

quit, nobis est, cur omnipotens Deus eum, quem cunstæ Ecclesiæ præferre disposuerat, ancillæ vocem pertimescere, & Christum negare permisit. Quod nimirum, magnæ actum esse pietatis dispensatione cognoscimus; ut is, qui futurus erat Pastor Ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri deberet. Quòd au-

tem Paulus Petrum reprehenderit; causa additur: quia reprehensibilis erat, Galat. 2. v. 11. non in fide, sed in facto; ob vitium, non prædicationis, sed conversationis: hinc insulsissimè infert Fabritius, Petrum à Paulo, vel coactivè judicatum esse; vel in summa potestate ministeriali, Paulum Petro parem fuisse: nisi etiam velit æquare Davidi Joabum; eò quòd Joab, Regem reprehenderit: 2. Reg. 3. 24. item; Archippo Colossenses, quibus Paulus mandâ-

mandârat, ut Archippum
Episcopum monerent officii
sui: Coloss. 4. 11. Vide Thes. 18.

Plures objectiones, mil-
lies dudum explosas non re-
censeo; legat pro illis facil-
limè distandis Benevolus
Lector Theses meas Com-
pendiales, quas ad finem
harum Animadversionum
ideo subnecto, ut quando
ad illas dirigo, sint in prom-
ptu; servientque prudenti
Lectori ad omnia Luthero-
Calvinicorum objectamen-
ta mox refutanda, quæ affe-
runt

runt siue contra Notas Eccle-
siæ Romano-Catholicæ, si-
ue contra Primatum Pontifi-
cis. &c. Cui Primatui non
aduersantur (ut malè so-
mniavit Fabritius § 38.)

Verba Christi, Matt. 20. 5. Sci-
tis quia Principes Gentium dominantur eo-
rum &c. Non ita erit inter vos &c.
hic enim, non interdicitur
potestas & jurisdictio Eccle-
siastica; sed pravus modus
utendi cum hac potestate:
scilicet cum fastu, ambitio-
ne, & nimia dominandi li-
centia: non autem; cum hu-
militate, charitate, ac mode-

stiâ. Hinc S. Gregorius
meritò reprehendit Joan-
nè Constantinopolitanum,
eo quòd, titulum Univer-
sali Episcopi sibi arrogans,
se solum æstimârit esse ve-
rum Episcopum; alios au-
tem, non nisi Vicarios. Vide
Thesim Compendialem 17. num. 3.
ex qua discat etiam Zabani-
us, quo sensu Canones, ti-
tulum Universalis Episcopi
prohibentes, intelligendi
sint? Qui quidem Zabani-
us, sanè mirabilis est in eo
ipso, in quo R. P. Professo-
rem

rem meum admiratur, dicentem ex Sancto Jacobo, quòd Dæmones omnia credant; at Luthero-Calvinici, nihil: qua de re si legisset Bellarminum, (cujus testimonii crebrò, & jactabundè abutitur) non obstupuisset adeò; Bellarminus enim Tom. 4. c. 3. de Grat. & Lib. Arb. Lit. F. hac de re sic scribit: Hæretici existimant quidem se credere id, quod credunt, quia Deus revelaverit; sed revera non credunt, quia Deus revelavit; sed quoniam ipsi temerè

temerè uolunt id credere,
quod credunt; cùm non ha-
beant causam proponentem
ac declarantem revelatio-
nem Dei, infallibilem.
Nam si quis ab Hæreticis pe-
tat, unde habeant, Deum
revelâsse hunc articulum,
aut illum? respondebunt;
ex divinis Literis: At si quis
urgeat, unde habeant, di-
vinas Literas hoc significare,
quod ipsi dicunt; cùm aliâ
aliter Scripturas intelligant:
imò etiam, unde habeant,
has esse divinas Literas?
nihil

nihil omninò respondere poterunt, nisi ita se judicare: judicium enim Ecclesiæ, quod unum Deus innumeris Signis, & prodigiis, aliisque testimoniis plurimis infallibile esse declaravit, jam ipsi rejecerunt, & unusquisque ad se, judicium divinæ Revelationis interpretandæ revocavit. Quis autem possit, nisi valdè temerè credere, suum ipsius judicium de rebus divinis infallibile esse; cùm hanc infallibilitatem, nullâ, neque divinâ promissione,

one,

one, neque humana ratione
probare possit?

At Catholici, Fidem ha-
bent omninò certam & in-
fallibilem; quoniam cre-
dunt id, quod credunt,
quia Deus id revelavit: De-
um autem revelâsse credunt,
quoniam Ecclesiam ita di-
centem, vel declarantem
audiunt: quam errare non
posse, non temerè credunt,
cùm testimonia ejus ex plu-
rimis Signis & prodigiis, ali-
isque multis argumentis,
quæ in lib. de Notis Ecclesiæ
nume-

numerata & explicata sunt,
credibilia facta sint nimis.

Et sic, etiam Dæmones
credere infallibiliter, decla-
rat idem Bellarminus; ad-
ditâ tamen distinctione fidei Di-
abolicæ, & Fidei Christia-
næ: Tom. cod. c. 15. de Just. Item
loco supra cit. Lit. E. **Quam** distin-
tionem si Zabanius percepe-
rit; se potius irridendum,
quàm alios judicabit: & si-
mul, si Theses meas Com-
pédiales penitiùs inspexerit;
explosum se funditùs repe-
riet.

Animad-

Animadversio X.

Impudenter prælegit Fabritius Tur-
cismum Christianismo.

EX Romano-Catholicis,
Bernardum, Franciscum,
Bonaventuram, Sanctos vo-
cat Lutherus: Lib. de votis Mo-
nast. Tom. 2. Lat. fol. 480. b. item: Lib.
de Captivit. Babyl. cap. 2. Si hi fue-
runt Sancti, utique fuerunt
& veri Christiani: sed hi ipsi
fuerunt Monachi, & fide
Catholici, quales hodie sunt
Romani; ergo Romano-
Catholici, sunt veri Christia-
ni, at-

ni: attamen Fabritius, ne-
scio quam vertiginem pas-
sus, ait § 40. malle se esse Tur-
cam, quàm talem Christianum: idque
vel maximè ob salutis incer-
titudinem, de qua S. Augu-
stinus, Tom. 7. de Correptione &
Gratia, cap. 18. sic loquitur:
Ne fortè quis extollatur; omnes, etiam
qui bene currunt, timeant, dum occultum
est, quò perveniant. Idem, Tom. 7.
de bono Perseverantiæ, cap. 22. De vita æ-
terna, inquit, nemo potest esse secu-
rus, nisi cum consummata fuerit ista vita.
Hæc S. Augustinus, qui tam
bonus fuit Christianus, ut
nullus illo melior post Apo-
stolos,

stolos, teste Luthero: in Lib. de
Defensione Verbor. Cœnæ Dom. Et tamen
Fabritius mallet esse Turca, quàm talis
Christianus.

Quâ voluntate perversâ,
tuummet principium rursus
evertis: nam per te, si do-
gmata Scripturis non con-
tenta, fide divinâ minimè
credenda sunt; ergo neque te in
particulari certò salvandum divinâ fide cre-
des, cum hoc nullibi scriptum sit. Si
dicas, quòd Rom. 8. 16. ipse Spiritus, te-
stimonium reddit Spiritui nostro, quòd
sumus Filii Dei: omnino red-
dit Spiritui Nostro, sed non
Tuo in particulari: quia certum
est, salvari aliquos in vera
Christi Ecclesia: incertum
autem

autem est; an Fabritius in particulari, non sit futurus Turca; uti videtur prognosticare, Turcismum præeligenens Christianismo. Nonne & Apostolis, Testimonium reddebat Spiritus in communi? & tamen in particulari, Matt. 26. 22. cæperunt singuli de se dicere; numquid ego sum Domine, ille Traditor, ille Filius perditionis? Joã. 17. 21.

Vides Fabriti, vides! quàm tu ignoras, non omni Spiritui credendum esse: 1. Joan. 4. 1. Sed cum conditione ab ipso Christo apposita dicendum: qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Matt. 10. 22. PROINDE, Noli altum sapere; sed time: &c. alioquin & tu excidêris. Rom. 11. 20. & 23.

Sed

Sed videamus , cur tantopere arriserit Mahometismus Fabritio, ut præ Sanctorum Augustini , Bernardi , Francisci , Dominici Fide, malit esse Turca. Docet Mahometh, in Alcoran. Azoar. 43. sibi à Deo datam esse potestatem , cum qualibet muliere abutendi , absque ullo etiam consanguinitatis discrimine ; totque uxores habendi , quot possit alere ; & pro libitu dimittendi. Et hoc mavult Fabritius , quam nobiscum , & cum S. Paulo timere , ne fortè reprobus efficiatur. 1. Cor. 9. 27. Docet præterea Mahomet , Azoar. 65. futuras in Coelo mulieres, ad libidinem paratas , hyacintho gemmisque similes. Et hoc mavult credere Lutheranus Professor Cassoviensis ; quam in Romana Fide , cum metu ac tremore salutem suam operari : Philip. 2. 12.

Taceo plura æquè absurda Mahometi placita , ob quæ plus placet Fabritio Turcismus , quam Catholicismus ille , de quo ipse Lutherus Epist. de Anabaptis. sic loquitur : Dico insuper sub Papatu , veram Christianitatem esse , imò verum nucleum Christianitatis : huic tamen nucleo præeligit Turcismum Fabritius , consequenter præcli-

præligens circumcidi; propter quod illi,
Christus nihil prodest. Gal. 5. 2.

Videte Domini Lutherani & Calviniani,
quàm procul deviant à veritate Doctores
vestri, dum negant Ecclesiam in rebus du-
biis, esse Columnam & Firmamentum ve-
ritatis: 1. Tim. 3. 15. cui Firmamento fa-
nè illud Isaïæ 41. 11. ex asse congruit:
Confortavi te, & auxiliatus sum tibi: &
suscepit te dextera Justi mei. Ecce con-
fundentur & erubescunt omnes, qui pu-
gnant adversùm te: erunt quasi non sint;
& peribunt Viri, qui contradicunt tibi.

Ne ergo pereatis, idem sapite cum Pri-
mis vestris Patribus Christianis, ac cum
Ecclesia Romano-Catholica pacem habe-
te; & Deus pacis & dilectionis erit
vobiscum. 2. Cor. 13. 11.

A. M. D. G.

